Hilaria martyris matre sancte aphre fuit. De qua supra dictum est nonis augusti. Que cum ancillis filie sue digna: eumentia: et europia apud cretam in civitate augusta passa est. He cum corpus predice Aphre martyris sepelissent: die sequent ad tumulum eius orantes reperte sunt et comprehendente: atque iudicis presentate. Que dum christum confiterentur in monumento de lignis facto inclusae sunt: et carente vincere ipso tumulo feno et spinis repletio: igne supposito: martyrum compleuerunt pridie idus augusti. Quarum corpora tuta aphra martyrem condita sunt.

De sanctis Quiriacu et sociis mar. Cap. lv.



Quiriacus: largus: crescentianus: Deminiana: litana: Leonides: Euthymianus: Domeda: Chariton: Philadelphus: Agapes: et Petrus cum alijs tredecim apud candem civitatem augustam in creta passi sunt. Qui omnes pro confessione nos christi decollati martyrum consuauerunt pridie idus augusti. Nec adeo ex martyrologio hieronymi.

De sanctis hippolitorum sociis martyribus. Cap. lvi.



Hippolitus et omnis eius familia utriusque sexu numero. xix. rome passi sunt sub Decio cesare et valeriano prefecto. Cum enim hippolitus beatum Laurentium in custodia haberet sibi a prefecto valeriano commendatum: et visisset eum manus super oculos cecorum imponentem: et eos illuminantem conuersus est: et cum omni domo sua baptizatus: ut dicitur est supra in passione laurentii. iii. idus augusti. Postquam autem corpus beati laurentii cuius iustinus presbyter sepelisseret venit dominus: et das pacem oibus servis et ancillis suis: omnes sacramenta altaris: quod iustinus presbyter obseruerat communicauit: et posita mensa prius quam cibum sumeret: venientes milites eum rapuerunt: et ad decium adduxerunt. Quem decius interrogauit: an magus effectus esset: eo quod corpus laurentij abstulisset: ille respondit se non esse magum: sed christianum. Tunc decius fecit eum expolari habitu christiano: et os eius lapidis fundi: atens ut sacrificaret: ne per tormenta sicut laurentius periret. Cum autem diceret se velle exemplum beati martyris laurentij imitari: iussit eum decius fustibus cedi: et cardis ferre solaniari: et cum tormenta huiusmodi derideret: fecit ipsum vestiri ueste militari: qua ante verebatur: portans ut amicitiam et militiam protestinam obtineret: cui hippolitus se christo militare dicebat: quem tradidit decius valeriano prefecto: ut omnes eius facultates acciperet: et tormentis afficeret. **V**alerianus autem invenientia omni eius familia christiana omnes sibi exhibuit precepit: et cum ad sacrificia cogerentur: comedere nutrix hippoliti pro omnibus respondit: quod oportabat cum domino suo magis pudice mori quam impudicamente. Valerianus autem dicens: quod genus seruorum: nisi per supplicia non emendatur: iussit eum presente sancto Hippolito et plumbatis cedi: quousque spiritum emitteret: deinde extra portam tyburninam sancrum Hippolitum cum omni eius familia duci fecit: quos cum ipse ad martyrum horzaretur iussit Valerianus eos omnes in conspectu sancti hippoliti decollari: ipsum vero pedibus ad colla indomitorum equorum ligari fecit: qui sic per cardos et tribulos tractus emisit spiritum. Quorum corpora iustinus presbyter rapuit: et iuxta corpus beati Laurentii in agro verano sepeliuit. Corpus vero concordie inuenire non poterat: quia fuerat in cloacam proiectum. Oles autem quidam nomine porphyrius credens concordiam aurum et margaritas in vestibus habere: quendam cloacarum nomine hyrcenii: qui erat occulte christianus aduocavit: et ei secretum vobis corpus esset

Liber

Intimanit: promissione sibi sacra: qaurum vel
gemmas repertas eidem concederet: ipse ho
corpus haberet. Eunq; et locum indicasset: et
errato corpore nihil innenisset: porphyrius
fugit: et hyrene: vocato also christiano nomine
abundio corpus ad iustini presbyterum detulit:
qui illud intra corpora Hippoliti et aliorum se
pelinit. Passi sunt autem idibus augusti.

(De sancto Hippolito episcopo.) Cap. xvii.

Hippolitus episcopus apulicus: clarus in tempore ale
xandri imperatoris: qui vite san
ctitate plenus et doctrine suavitate
re mellifluo plurima in dei eccles
ia opuscula condidit: videlicet librum de pascha
composuit. Item in exameron. Item contra mar
titionem. Item in cantica cantorum. Item in
genesim. In zachariam prophetam. In librum
psalmorum. In esaiam. In danieli. In apocalysi
pli. In proverbiis. In ecclesiastice commentari
os edidit. Librum composuit de Saule et phy
thonissa. De antichristo. De resurrectione. De
laude domini salvatoris: et proshomelio: et plenus
virtutibus in pace quieuit: ut dicit genadius li
bro de viris illustribus.

(De sancto Cassiano epo et mar.) Cap. xvi.

Cassianus episcopus passus est apud ciui
tatem fororum sylli sine cor
nelio duce romanorum dicta
que nunc imola nuncupatur.
Hic gne portifer fuit ciuistar
britinei, que ciuitas est in af
finibus allemanie posita: qui pegrinatiois gra
venit ad imolem ciuitatis: ubi du scholas puer
rum regeret: et eum dominum prediceret tpe pse
cutionis a paganiis tentus questi est quid artis:
aut qd haberet officij. Respousum est: q pue
ros litteris eruditret. Statim a psecutore que
spreuerat: per suam addictum est: ut ipsius disci
puli in magistri sanguinem quo vellent: cu corporis
laceratione se uirent. Statim ergo in medium
spoliatus: et post terga ligatus mansu. Armati
staq; stolis pueri circumstare: ac tabulis illude
bant magistro: et i capite ipsius fractis tabellis
acutissimis stolis membra ei no cessabant effode
re. Dulcis staq; vulnerib; dei marr; pfoessus:
vix retrahens suspiria: humili eos horribus voce
ut essent virib; fortiores: et eos nos nute trans
scenderent. Sicq; peruenas rotis corporis san
guis effusus pi aiam conditoris suo cum gloria
tradidit et corona: et sepultus facet in ipsa ciuitate:
qui passus est idibus augusti.

(De sancto cassiano presbitero et confes.) Cap. xiv.

Septimus



Affianus

presbyter de q
frater vincet
et genadi clas
runt tpe honos
rii impatoris: vtr illustris et
facidus. Alio nomine dicens io
hannes heremita. Qui de ec
clesia constantiopolitana p he
reticos fecer in massilia gal
lie presbyter ordinat: duo condidit monasteria
virorum et mulierum: que hodie errant. Scriptis
multa opuscula ad fidem nostre exhortationem.
Scriptis enim viras patrum in egypto degentium et
regulas: que multarum animarum edificationem co
tinet et luculentu sermone nitescunt. Scriptis et
res omni monachorum necessarias, i. debitum et de
canonica oratione atque psalmodia: q in egypti mo
nasteriis die noctu reges libros. iii. Institu
tionum lib. i. De origine qualitate: ac remedio
viii. priuatum virorum lib. viii. singula singulis ex
pliicans. Dolgesit et collationes cu patris egypti
habitatis: videlicet de destinatione monachorum
ac fide. De distinctione. De tribus ad servandum
deo vocatis. De pugna carnis aduersus spi
ritum: et spiritus aduersus carnem. De natura omni vi
tiorum. De nece scdor. De nobilitate aic. De prin
cipib; De qualitate orationis. De pfectis. De ca
stitate. De prectione dei. De scientia spirituali. De
diuinis charismatib;. De amicita. De diffinien
do: vel no diffinendo. De tribus antiquis gene
ribus monachorum: et quarto super eforio. De si
de cenobite et heremite. De satisfactione penite
tie. De remissione quinquagesime. De nocturnis
illusionibus. De eo qd dicit apls. No enim quod
volo facio bonum: sed qd nolo malum hoc ago. De
mortificatio: ad extremum rogar? a leone arch
diacono postmodum romano epo: aduersus nesto
rium de incarnatione domini. vii. codidit libros: in
quibus apud massiliam scribendi: et vita terminu
dedit. Imperantibus theodosio et valentiano.
(De sancta Radegunde regina.) Cap. x.



Adeguis regina

nitigori nobilissima clotharii
regis francorum uxoris: claruit an
no. xx. iustini imperatoris: ut
sit sigibertus. Nec natiore bar
bara patre rege berengario no
mine progenita: dum regio sua fratre esse depos
pulata: de patria sua in galliam in predam ab
ducta: veniens in sortem Clotharii ob nimiam
speciositatem ab eo in collegem ducera est. Que
ramen deo potius q regi seruiebar seiuinijs: vis
delicet elemosynis et orationibus vacans: car
nam cisticio domans: desuper regalibus indues
batur. Adhuc in palatio regis consistens:
dum in pruina villa per pomerium ambula

De sanctis in mēse augusti occurrentibus Folio, exxij.

ret: et audisset voces compeditoriū eius misericordiam implorantium; pro ipsis in orationem se dedit: et contritis compeditibus illico omnes absoluist. Dum autē frater regis in bello occisus esset: ille ex hoc motus uxori dudū postulatam et oratā petitionē cōcessit: q. s. deo libere servire posset. Que veniens ad sanctū medardum nouionem. epm: ab eo cōsecratam in xp̄is pōsam: et pictavīs monasterio cōstrucro: ordinatē rege clochario ibidē se inclusit: oībus suis pauperibus tradicis: multisq̄ inibi sororibus congregatis: earum abatissā facta cum eisdem ancillis xp̄i in sanctitate vīte poīē solis dñini insitibat: pauperes quotidie recreas: et carnē penitentia dira castigans. Multis quoq̄ miraculis claruit. Nam mulierem a diabolo obsessam solo imperio i xp̄i nomine liberavit: qui cum flitu ventris ea in ecclesiā pauimēto distēra egressus est. Arborēm lauri de aliquo loco euīsam et in oro suo pro solario transplanta tam: dum aruisset: oīno ad vitam et vīditatem reuocauit. Infantulā ynam ex monachabus nuper defunctam in cellula sua reclusam dudū super corpus orans cū lachrymis a mortuis suscitauit. Cū imperator iustinus eidē per nūcios suos partē ligni crucis dñice auro contescram destinasset: illiq̄ redēuntur in mari naufragia patenterunt: sanctā inuocantes reginā: columbā terrō circa nauē volante conspiciūt. Eius duz vñus ex cauda tres pennas auerteret: et in mare mīsser: tranquillitas mox subsecuta est. Tribunus quidam nomine dombeuuus guttūs prefocationem patiēs: die quo sancta migrantia a carne: vidit in extasi reginā radegūdem ad se vensemēt et eadem hora se de corpore exisse nunciantem: eumq̄ admōnētēt: ut ecclesiām sancti martini in loco sibi ostensō edificet et derētēs relaxet: et sic sanitatem recipiet. Qui polb̄y hec promisit ad se rediqt: se q̄ sanatum reperīs: diem horamq̄ notauit: et inuenīt sanctam a seculo tunc migrasse: vnde mox dimissis. Ixvij. detentis in vinculis ecclesiām sancti martini in loco ubi nunc est de proprio edificauit. Quienit in pace sancta rade gundis idibus augusti in suo cenobio pietas tumulata.

De sancto helia propheta. Cap. lxi.



Elias pro
phetē de galaad originē trahēs: cui famē nomē patris in scriptura nō habef: nouī ſoli ecclesiastici. Ixvij. cap. inter patres antiqui tuis gloriosus cōmendat: sed etiā ab ipso salvatore in aliqua euāge in parte magnificatur. Qui tempore achab regis israel et ioram filii eius

in israel claruit: nō ſolum insignis pp̄hetic grāta: ſed etiā excellenti miraculoū gloria: que a xvij. capi. terrī libri regū vſq; ad iōm quartū cōmemorant. Cum enim achab rex iſl ad instantiam impie coniugis iezabelis omnē israel adeo p̄uaricare et baal adorare feciſſet: ad preces helie pp̄hete in uitōrem tantū sceleris: dominus clausit celū: nec dedit pluīā ſup terraz annis tribus et mēsibus ſer: ppter quod famē et sterilitas magna fuſt per vniuersum regnum israel. Helias autē ex precepto dñi latuit in torrente carib⁹ iuxta iordanē: vbi corū deferebat ei panes et carnes mane et vespere et bibebat de torrente donec ſiccaret. Poſtea hō veniens in ſareptam fidoniorū que eſt inter tyru et fidonem vīb⁹ modica: vidit multerē vīduā colligentē ligna. Ad qnam cum perūſſet modicū agne ad bibendum: et illa pergeret ut afferret: pertie et buccellam pantis ad edendum. Lunc illa dicearet ſe non habere nī modicū farine in hydria quantum eſt pugillus et parum olei in lechtro. Būſſit helias ſibi fieri ſubcinericium panez de ipſa farina: promittēs per nomen domini: quia nec farina nec oleum deliceret vſq; ad tempus fertilitatis. Et ſicut ipſe prediſerat ſic facrum eſt. Deinde cū filius vīdue iſp̄us apud quam helias cōmanebat defunctus eſſet. Helias puerū mortuū ſuper lectulū ſuum poſuit: et oratione facta cum a mortuis uſcitauit. Hūc trādūt hebrei uifis ionam prophetam: ſicut dictum eſt ſupra in gestis Ione prophete. vi. kālen. februarij. Tunc iezabel regina omnes prophetas domini quos inuenire potuit: occidiſ mandauit. Abdias hō procurator dom⁹ achab abſcondit in ſpelunca cērū viros prophetas: et paur eos pane et aqua: propter quod poſtmodum ſpiritu prophetico dotarus eſt. De quo ſupra actum eſt in gestis eius nono kālen. Ianuarii. Poſt tres annos et dimidium sterilitatis et famis helias prophetā qui vſq; tunc latuerat: achab regi israel ſe ostendit: dom⁹ ipſe rex propter sterilitatem quereret pabula equis ſuī: et nō inuenire: uicrepauitq; eum prophetā q; domīnum reliquissit: et deos gentium ſequeretur et colerer. Deinde horatu eius ad imperiū regis congregatis multitudine populi et occīſ gentis et quinquaginta prophetis baal in monte carmeli. Helias ad populum ait: ne in duas partes clandicarent: ſed aut dominiū deum pātrum ſuorum: aut baal ſequerentur: dc̄ditq; eis optionem talem: ut duo boves educerent: quos rum vñus daretur prophetis baal: et alius ſibi ſoli: et vnaqueq; pars bouem ſuī ſuī in frusta confiſſum ſuper ligna poneretur: igne non ſuppoſito: et inuocaret deum ſuum: et qui expaudiret igne dato de ſublimi: ipſe eſſet verus deus. Placuitq; propositio populo. Lūq; ſacerdotes baal feciſſent quod diterat helias inuocantes baal a mane vſq; ad meridiem tranſiliebant

• Liber

altare: quod fecerant: et incidebat se iuxta ritu ipsorum lanceolis: ut sanguine perfunderetur. Demones eis plurimi delectantur perfusione sanguinis humani. Tunc helias presente populo altare ipsum destruit: et novo in honore domini costruere ligna et frusta bous superposuit: et aqua abundanter desuper factare fecit: donec aqueductus impleretur: ne putarent arte magica ipsum de visceribus terre igne suscitasse. Factaque oratione ignis de celo descendit: qui holocaustum ligna et lapides ac puluerem: etiam ipsum aquam consumpsit. Quo viso miraculo populus conuersus est: et iussu helie omnes prophetas baal occidit iuxta torrentem cison. Deinde dixit achab ut comederer: et festinante descendere: ne tamen pluvia supernatura occuparet. quo comedente helias inclinato capite orauit: et missio pueri septimi ad videndum contra mare: septima vice vidi nubecula ascendente: que vsque tunc non apparuerat. Festinante achab dominata est pluvia grandis: et omnem terram irrigauit. Jesabel autem auditio quod helias fecerat de prophetis baal querebat ut occideret eum: qui timens fugit in berasabe iuda: et dimisit ibi puerum suum: et perrexit in desertum via viii dies: sedens subter iuniperum: petulat anime sue: ut moreretur: post modum vero dormitauit: et excitatus ab angelo et confortatus: atque pane celsico ei delato refecus ambulauit in fortitudine cibi filius. xl. diebus: usque ad montem dei oreb: ubi preceptum accepit a deo de vngendo israel regem super syriam in damascum: et fessum nani regem super israel: et helissem filium saphat de abela in prophetam psalmum: ut isti tres interficerent idolatras israel. Que omnia helias adimplevit iuxta mandatum domini. De ortu vero achab rege israel: regnauit pro eo filius eius ochozias qui ambulauit in viis malis patris sui et matris sue impie lezabelis: propter quod deus puniuit eum: ut cadens de cancello cenaculi sui ad mortem egrotaret in samaria civitate. Missusq; nuncios ad consulandum beelzeburch deum acharon: an liberari possit de infirmitate sua: quibus ex precepto dei occurrens helias eos redarguit: dices ochozias de ipsa egredidine moreretur. Lungs redissent nuncij ad regem: et ei verba narrassent: questo ab eis de habitu virtutis intellexit ipsum esse heliam: misitq; ad eum principem quinquagenarium et quinquaginta: qui erant sub eo: ut vocarent heliam vel in uitum traherent. Et ad mandatum helie descendit ignis de celo: et devorauit eos. Rerum quoque misse alium quinquagenarium et suos quinquaginta: qui similia passi sunt. Destinatus vero teritus: qui ab aliis fuisse dicitur: curvauit genua contra heliam: et eius misericordiam implorauit. Et propheta domini cum eo subente angelo de monte descendit: et ingressus ad ochoziam ipsum de idolatria redarguit: mortemq; ei imminere

Septimus

prophetauit: qui et mortuus est iuxta verbum helie. Pro quo iorā frater eius regnauit: eo quod ochozias filium non haberet. Anno vero primo regni israel cum helie reuelatum esset quod deus ipsum collere vellet: iuverunt helias et helleus de galgalis in berhel: et deinde in hierusalem: ac demum deuenierunt ad iordanem sequentibus eis quinquaginta ex filiis prophetarum: qui de uno spiritu raptum helie prenoverat. Tunc helias stans super ripam iordanis: tollit pallium suum et percussit aquas que diuisae sunt in duas partes: et transiit ambo per secum: helias vel deliz et helisens. Dixitq; helias ad helisensem: ut peteret quod vellet ab eo anteq; ab ipso toleretur. Qui petivit duplex spiritus eius in eo res quietceret: scilicet ad prophetandū et miracula faciendum. Lungi pergentes adiuuicem loquerentur: helias currū igneo et equis signis rapitur: est ab heliseno et per turbinem in celum: hoc est in superiora aeris ascendit: translatusq; est in paradisum terrestrem ut credid: ubi cum enoch corporaliter vivit reddituri in fine seculi: et contra antichristum conficiendum habbitur: quos ipse demus occidet: sed eos dominus suscitabit: ut habetur Apocal. xl. c. Lenuit autem helisens pallium helie: quod ceciderat ei: et percussis aquis iordanis secunda vice diuisae sunt: et transiit helisenus per secum ad altam ripam ubi erant filii prophetarum. Qui viso miraculo diuisiōnis aquarum intellexerit spiritum helie in helliseno quietuisse. Celebatur autem dies raptus helie prophetice ab hebreis. xix. kalen. septembribus: quo die tradidit eum in paradisi fuisse translatum. Hec et libris. iii. et. iii. regum: capitulis quibus supra: ex dictis iosephi: et hieronymi: et ex hystoria scholastica: atque ex chronica gisleimi.

De sancto Eusebio presbytero. Cap. lxxv.



Eusebius presbytero me claruit tempore constantini augusti: et liberum pape hereticorum: qui vir catholicus et doctrinae preclarus: dum fidem catholicam constanter defensaret: et constantini augusti atque liberum viribus nomine episcopum hereticos predicaret: eo quod arras ne fidem consenserint. Ab eodem constantino regatu liberum detestatus est: et in quadam cubiculo domini sue inclusus habebatur in latitudine pedes quattuor: et ibi multis mensibus in oceano pescaverunt. Inclusus tamē adhuc post menses septem dormitione accepit. xix. kalen. septembribus. Eius corpus gregorius et orofius presbyteri sepelitur via apia in cimiterio calixti: iuxta corpus beatissimi pape et martyris in crypta. Quid audiens constantinus augustus gregorium presbyterum cepit: et viuū in eadem crypta sepeliret: ubi post dies tres in pace quietuit.

De sancto Eusebio epo emesseno. Cap. lxiii.

De sanctis in mēse augusti occurribus. Fo. xciiij.



Eusebius

episcopus emes
senus tempore
constantij impe
ratoris claruit:
qui vir elegantis rhetoris
ingenij innumerabiles com
posuit libros magis securus
hystoria: et qui ad paulus per
tinent ab his qui declamare
volunt maxime leguntur. Quos precipui sunt
adversus iudeos et gentiles atque nouatianos.
Ad galathas quoque scripti libros. Et in eum
gelij homelias plurimas breves. Quieuit
autem in epo apud antiochiam. Ibide sepultus in
pace. Hec hieronymus libro de viris illustribus.
De sancto Eusebio abate. Cap. lxiij.



Eusebius abbas di

scipulus beati hieronymi fuit:
Dic natione cremonensis nobis
ut profapia ortus: cum ad terram
sanctam visitandam perrexit
et beatum hieronymum ibide
repperit: qui apud bethleem parvum monachorum
construxerat de novo cenobium. Latus sa
plientia et moribus accensus relicto seculo ei ad
habet: et monachus factus in sancte conuersationis
ordine vitam laudabilem duxit. Que et
hierosolymus decadens eidem congregacioni
in abbatem prefecit: et eidem bibliothecam suam
comendauit. Cum post obitum beati hieronymi
grecorum quedam heres pullulasset: affer
rens quod anime beatorum usque ad corporum resum
ptionem eternam non percipiunt gloriam: nec
anime dominatorum sentiunt gehennam penam:
multisque fideliibus tali errore involuti cum ra
lis opinio in partibus hierosolymitanis reso
nasset: per cyrillum episcopum hierosolymitanum
indictum est triduum ieiunium cum assidua ora
tione cunctis fideliibus: ut deus sue fidei catho
licae subueniret. Exploris autem tribus diebus
nocte precedere apparuit beatus hieronymus.
Eusebii in oratione cum lachrymis constituto
dicens: Quod deus fideles suos respexerat: et quod in
teruenit ipsius ecclesie sue subuenire decreuerat.
Ondauit ergo ut trium iuuenium in ipsa nos
tre in bethleem defunctorum corpora ante fossam
in qua corpus ipsius doctoris quiescebat defer
ri faceret: que sacco cilicino quo viuis indues
batur rangeret: qui continuo resurgeret: et pre
dictam heresim viri testes veridici confutarer.
Qui iterum post dies. x. in epo quiescerent:
cum quibus et ipse eusebii migrare deberet.
Quare autem facta: cyrillo episcopo visio per
eusebium narratur: omnisque clerici et populus
in ecclesia bethleem congregatur: trium iuuenium
ipsa nocte defunctorum cadavera ad tumbam

hieronymi deferuntur: et per eusebium ipsius
sacco cilicino tanguntur. Vox quoque iuuenes
quasi de somno evigilantes surrexerunt: et que
videnter in alio seculo in gloria et in gehenna cum
ceteris populis narrauerunt: et sic grecorum heresim
confuderunt: per triduum vero ante dies illos. xx.
quibus hieronymus predigerat: eusebii egro
tare cepit et per dies. iiiij. febre correptus eccles
iasticis sacramentis communis apparete sibi
beato hieronymo et ipsum ad celestia vocare in do
mino feliciter pausauit. Eademque hora prefatis
tres iuuenes iterum a corpore migrauerunt.
Corpus autem eusebii iuxta corpus hieronymi
sepultum fuit. In cuius sepultura monachus
qui lumine oculorum dudu amiserat cadaver deo
sculatus visum recepit.

De assumptione beate virginis marie. Cap. lxxv.



Sumptō

glorioso virginis
marie in anima fa
cta est. xvij. kalen. septembris
ut sancta tradit ecclesia. In
anima dicti quia ipsa et in cora
pore assumpta est: ut infra plus
ribus rationibus cōprobat.
Assumptio autem ipsius fas
ca est in corpore sum quod in
eius hystoria infra scripta tradit: facta est ter
tio die post eius dissolutionem anime a corpore
quo videlicet die anima corpori eius reunita: et
ipsa corporaliter est assumpta: scilicet. xv. kalē.
septembbris. In visione autem sancte helisabeth
de sionangia habetur: quod beata virgo. xl. die ab
obitu eius fuerit in corpore assumpta: videlicet
ix. kalen. octobris: sicut eidem sancte fuit divi
nitus reuelatum. Sed quicquid veritatis sit de
corporali assumptione: planum est quod tenet
ecclesia de anime sue glorificatione. Qualiter
autem ipsa assumpta facta sit: ex quodam libel
lo licet apocrypho: quod iohanni euangeliste ascri
bitur edocetur. Apostolis namque predicationis
virgo gratia diversas mundi partes subeuntibus
dicunt remansisse: omnique loca filii sunt: scilicet
natiuitatis: baptismi: passionis: sepulture: res
urrectionis: et ascensionis quoadiuitiis: devo
tione sedula visitabat. Et sum quod ait Epiphanius. xxiiij. annis post ascensionem christi sus
perivit. Refert enim quod beata virgo annorum
xiiij. christum concepit: et in. xv. peperit: et cum
eo manit annis. xxiiij. et sum hoc obiit anno rum
lxiiij. Alijs probabilius videtur: ut. xij. annis fi
lio superuixerit: et sic sexagenaria sit assumpta:
cum apostoli totidem annis in iudea et circa par
tes ipsas predicauerint: sicut ecclesiastica hy
storia tradit. In visione autem predicta helisab
eth asseritur: quod virgo maria post christi ascen
sum

Liber

tionem anno integrō supererit: et tot diebus ultra annū: quod sunt ab ascensione christi usq; ad assumptionem virginis: et hoc verius iudicatur ex eo q; dicit dionysius: omnes apostolos dormitionē virginis interfuisse: quod esse non potuisset: si ipso post ascensionem vterius visisset. Cum iacobus apostolus filius zebdei passus fuerit ad litteram biennio post dominī passionem. Cum igitur die quadam cor virginis in filii desiderium vehementer esset accessum: ita ut in lachrymā prouumperet abūdanter gabriel angelus eidē cū lumine astitit: eamq; reuerenter salutauit: ac eisdem ex parte eius filii dixit: q; post triduum esset a carne mi grata: et cum christo perpetuo regnatura. Raznum quoq; palme eidē de paradiso allatum presentavit: quē ante eius phererum portari mandauit. Virgo autē de nuncio leta deo gratias egit: et duas petitiones ab angelo postulauit: primo ut filii eius et fratres oēs apostoli ad ipsam pariter congregarentur: quibus prefestisibus spm deo redderet: et omnes sibi sepulture officiū eribarent. Secundo ut cum spiritū emitteret: malignū satanam non videret. Angelus autē confessim ei operata promisit: quia et ille qui abacu ch prophetaz de iudea in babylonem in impetu spiritus sui attulit: ipse ad eam in momēto omnes apostolos congregabit: malignum quoq; spirituz ei in transitu non visure reproinstit: et continuo ab ea discessit. Palma autē illa in spite viridis erat: sed in folijs et stella fulgebat. Cum autē iohannes in epheso predicaret: ecce post tonitruum nubes cum rapsuit: et ipm repente ante marie ianuam collocauit: quem ingredientem ad se maria oblitupuit: et pre gaudio lachrymas continere nequivit. Dixitq; ei qualiter fuisset a domino euocata: ut debitum humane carnis evolueret: ideoq; ipm christus ad se venire fecisset: cui corpus summum laudū cōmendauit: atq; palma ante phe retū deferendā mandauit. Cum autē iohannes alios coaplos ibidem prefentes oparet: ecce omnes ipsi de locis vbi predicabār: in nubibus rapiuntur: et ante marie ostiū subito congregātur: qui cum se ibidē translatos admirantur: et canant admiringe sciscirarentur: iohannes ad eos exīt: et dominā migraturā predixit: admonsens: ne cū obliterit: aliquis defeat: ne forte eis impatiari posset: q; ipsi qui resurrectionē predictant: mortē timeant. Cum beatavirgo omnes apostolos cōgregatos vidisset: dñm benedixit: et in eoz medio luminaribus accensis cōsedidit. sicq; usq; ad diem tertium perseuerauit. Cum ea ho horam noctis tertīa iesus aduenit: cum omnī angelo: et sanctorū agminibus: et ante thorū virginis acies ordinātur: et dulcia canica usq; ad noctis mediu m frequentātur. Lunc iesus eam bis ut ad se venire: dulciter aduocauit: ipsaq; spiritū ei reddere se paratam esse

Septimus

letanter respondit. Omnesq; qui cum iesu venerant: dulcia canticoū cantica soluebāt. Gloriam marie anima de corpore exīt: et in vlnas filii adiuauit. Fuitq; tas a dolore mortis extranea sicut a corruptione carnis fuerat aliena. Dñs autē mandauit apostolis: vt corpus maris sue in valle iōsaphat tolleret: in monumēto nouo ibidē reperio ponerent: ipm̄ triduo ibidē donec ad eos revereret expectaret. Statim autē circundarunt eam flores rosarum: rosei scilicet cetus martyrum: et lilia conuallii agmina: videlicet angelorum confessorū et virginum. Ad consensum quoq; ascendentium: cetus qui remanerant concite obuiā processerunt: videntesq; regem regū: femine alas invulnēs proprijs baulantē illāq; super eū innīrā: que ista esset interrogat admirantes. ipsamq; matrē domini et regnam celorum respondent eam comitantes. Sicq; in celū gaudēs suscipitur: et a destris filiā in throno collucatur. Apostolū autē eius aīam tantū cādoris esse viderūt: ut nulla mortalitū lingua posset effari. Tres autē virgines: que ibi erāt: cum corpus lauandū spoliant: tanta corporis eius claritate splenduit: ut tangi quidē ad lauandū posset: sed minime videri: que tamē diu lux resplenduit: donec corpus lotus fuit. Corpore ergo in pherereto positō pia contētio inter apostolos oritur: quis eoz palma ante loculū portare debeat. Defert iohannes petro: ppter apostolū cā dignitatē: petrus & iohanni ppter illibatā virginitatē. Landē omnīs apostoloz sententia iohannī palma tradit̄ deferenda. Petrus autē et paulus phereretur eleuare ceperunt: et ceteri apostolī circa ipm se posuerūt. Incepit petrus canere. Exiit israel de egypto: et reliq; psalmū dulciter prosequuntur. Dñs quoq; phereretur et apostolos nube contegit: ita ut audiāt quidē possenr: sed minime certi. Affuerunt et angeli cum apostolis concientes. Ad melodiam autē tota ciuitas excitatur: et quidnam hoc sit omnibus declaratur. Iudei ad arā concurrunt: ut corpus rapiant idq; odioso coburant. Lunc princeps sacerdotum cum imperiū manus ad loculum misit: ut ipsum euerteret: et corpus ad terrā deduceret: eius manus subito aruerunt: et leculo pendentes adheserunt. Reliquis & populus ab angelo cecitare percussus est. Lunc autem princeps sacerdotum petri auxiliū invocaret. Petrus ei respondit: q; si mariam dēcēre genitricem confiteretur: eius suffragium postulans continuo sanaretur. Qui cum se credere respondisset: manus eius a pheretro solute sunt: sed tamen in eis ariditas permanit donec corpus deosculans integrum sanitarem recuperat. Lunc de petri cōsilio palmā princeps ille accepit: et singulos de populo retigit et quicq; in virginēs credit̄ vīsum recuperauit: qui autē credere noluit cecus permāfit. Corpus igitur marie apostolū in monumēto statuto: p̄diderūt.

De sanctis in mense augusti occurrentibus Fo. exciiij.

et iuxta illud triduo confederunt. **T**ertia hō die dñs cum angeloz multitudine venit: t̄ apōstolos salutans: pacē eis nūciant. Deinde eos interrogauit: quid eis videref honoris sue genitrici conferendū. Illi hō responderūt: vt sicut ille deuicta morte regnabat: sic t̄ matris corporū sculum suscitaret: t̄ ad sui dexteraz collocaret. Quo annūte michael archāgelus marie aīaz continuo presentanit: eamqz dñs illico corporū reuinuit: statinqz corpus de tumulo pd̄git gloriosum: t̄ a christo assūmitur ad ethereū thalamū comitante secū multitudine angeloz. Qd̄ aut̄ dict̄ de thoma Q absule: t̄ resurrectionem virginis credere noluit: zonāqz ipfius ex aere delapsam recepit: delusorū t̄ fruolū reputat. Hec offia in libello pd̄icto l; apocrifho. **E**t notandū q̄ quis hieronymus in sermone hui⁹ festi ad paulā t̄ custochū asserere non audear: virginem corporaliter assūptā dicens: tutius esse p̄t dubitare q̄ aliquid temere diffinire: ecclēsia tamē hoc indubitanter tenere videtur: et plurib⁹ rationib⁹ comprobatur. **P**rima quarū sumitur ex parte iustice dei. Deus em̄ iudex est iustus librans merita singuloz: t̄ vniuersiqz ad condignū retribuens premia meritozum. Idcirco t̄ resurrectionē corporū futuram ordinauit: vt sicut anima cū corpore meruit vel deliquit: sic cum corposa percipiat gaudia vel sustineat tormenta. Illud ergo quod plus meruit: plus debet habere de premio. Quomodo corpus virginis quod cūctis alijs plus meruit christū ex se generando plus alijs premiatur: si cum alijs corruptū incineratur. Nonne dei iustitia deperit: que corpus virginis cū alijs sanctorum corporib⁹ ultimā resurrectionē exceptare facit? Et hec rō est damascenī. **S**eunda ratio sumit̄ ex parte doni in hac vita scilicet in christi iustitiae recepti. Nam cum conceditur malus debet cōcedi t̄ minus maxime ubi respiciunt eūdem finem: sicut cui cōceditur regnum facili⁹ concedit⁹ nobile vestimentū. Sed malus est sine corruptione carnis parere quodvirginis est collardī: quod est offīno excedens naturā et artem q̄ carere corporis corruptione qđ potest fieri per artem. **T**ertia sumit̄ ex obligatione precepti. Eum em̄ lector legit q̄ non debet facere contra legis preceptū: coueniens est q̄ filius dei qui legē dedit: nō faciat p̄tra sue legis mandatū. Sed credendū est q̄ implere voluit p̄ceptū quod dedit de honore materno: sed hoc nō impletet: nisi corpus integrū fuasset. Nam bñm Augustini⁹ purredo t̄ vermis opprobrium est humanae cōditionis. Qui aut̄ in aliquo sustinet: opprobrium nō honorat. **Q**uarta sumit̄ ex cōformitate virginis ad corpus christi. Nam idem locus debet parti t̄ totius: violēter alterum horū impediāt: quia bñm philosophū. Idē est locus totius terre t̄ glebe: tot⁹ ignis t̄ scintillæ. Sed corpus christi sumptū est de corpore

matris sue: ergo vñqz idē locus debetur. **E**opus autē virginis nulla violentia impediri potest: quia ibi est vbi corpus filii est. Et hec predite tres rationes sunt augustini. **Q**uinta sumitur per locum a simili: quia de humiliis idē est iudicium: sed deus trius puerorum corpora inter flammas seruavit illesa. Bonam viuū servauit inventre ceti: danielē in rabida fame leonum seruavit in columem: cur ergo corpus matris non seruabit incorruptum. Et hec ratio est Anselmi. **S**exta sumitur per locuz a minori: quia si de quo minus videtur inesse t̄ inesset: t̄ de quo magis. Sed minor ratio est q̄ corpora sanctorum qui cum christo surrexerunt sint glorificata: t̄ in eis perfecta resurrectio sit cōplerat: q̄ q̄ corp⁹ gloriose virginis sit ad celos assumptum. Et tamē in illis perfecta resurrectio cōplerat est: vt supra probatu⁹ est in hystoria resurrectio domini sexto kalen. aprilis. ergo multo fortius hoc concludendū est de resurrectio ne virginis. Et hec ratio sumitur ex dictis hieronymi in sermone predicto. **S**eptima t̄ vñqz ma ratio sumitur ex evidentiā facti: quā rationem Bernardus assignat dicens. Quoniam sanctorum corpora deus preciosissima sublimauit: vñputa petri pauli t̄ iacobis: tamqz gloriose venerabilis reddidist: vt t̄ ipsis depuretur locus eorum veneracioni congruus: t̄ ad ea mundus properet vñuersus. Si igitur marie corpus super terram esse dicatur: cum nec denota frequenter visitatione fidelis: nec eidem locus depuretur honoris: nimis videbitur christus honorē mortis corporis contempnisse: cum tamen super terram aliorum sanctorum corpora sic honorent: vnde t̄ egregius quidam verifierat ait. Scanxit ad ethera virgo puerpera virgula iesse. Nō sine corpore: sed sive tempore tendit ad esse. **D**e vestimentis enim et capillis virginis et de lacte ipsius in pluribus locis ostendit⁹: de membris autem corporis vel minima particula ne cubi⁹ reperitur: nec q̄ alcubi⁹ habeatur ab aliquo vñqz asseritur.

De sancto Tharsilio martyre. *Lap. Ixi.*



Harsili⁹ acolitus t̄ martyr Rome passus est sub persecione valerian⁹ et galieni imperatorum. Qui cum corporis christi sacramenta portaret: tenetes eum pagani discuterere ceperint: vt quid gereret indicaret: at ille indignū indiscas porcis pdere margaritas: ne quaque voluit detegere sacrostrā mysteria: quē fustibus ac lapidisbus rādiū macrauerunt quousque spiritu exhalarer. Reuolu⁹toqz eius extermi corpori sacrilegi discussores

A. ii.

Liber

nihil in manibus eius: aut vestibus sacramen-
torū christi inuenire potuerunt: sed relicto cor-
poze cum terrore fugerunt: quod a christianis
sublatum: et via apia in cimiterio calixti sepul-
tum est. xvij. kalen. septembribus.

De sancto Ursatio confessore. Cap. lxvii.



Ursatius con-
fessor claruit in nicea
bitynie clivitate. hic
eum genere persa: primum sub
rege licinio confessor effectus:
deinde solitarius vitam in tur-
ci ciuitatis ipius agebat ins-
cussus. Qui iter cetera signa
cuz obsessus a diabolo gladio
arrepto per urbem discurreret:

cunctis fugientibus eisdem solus occurrit: ipsum
a demonio liberavit. Draconem etiam ante ni-
comediam ciuitatem extinxit: soloq; statim hos-
mines pertinente oratione sua de valle produ-
ctum leuig; baculo capite percussum extinxit.
Hic etiam niceam ciuitatem terremotu d-
ruendam loque ante predixit. Dum autem dies
terremotus aduenisset ad ecclesiam currens et
clericos admonens: ut pro imminentia periculo
deum ozarent: ab eis irrisus ad turrim rediit:
prostratusq; in oratione cum lachrymis se dedit.
Interea vero superueniente terremotu: pluribus
oppressis: reliquis per montana dispersis: visa-
tius in turri mortuus repertus est: pronus iaz-
ces sicut orare solebat. Sermo tamē est q; deū
orasset: ut prius vitā finiret q; videret excidium
ciuitatis. Quid autem urbē structura ex illo terre-
motu diruit: sola turris in q; seruis orabat pma-
rit. Quieuit in pace. xvij. kal. septembribus.

De sancto Arnulpho episcopo
metensi. Cap. lxviii.



Arnulphus episcopus meteni.
vir ait perrus da-
miani: pī pipi-
ni fuit: et annus
karoli magni spatoris. Qui
orthoringle ducatur tenens:
viro et filiis ac scōlō derelicti
heremū petiit et solitaria vīta
elegit. Veniens autem ad pontē
fluminis moselle: anulum suum in aqua demersit
tali conditione: ut quādocūq; ipsum reciperet:
se a domino intelligeret peccatis omnibus ab-
solutum: indeq; in heremo mūdo moritus deo
vixit. **D**e functo autem meteni. episcopo in pon-
tificem electus est. Dumq; piscis eidē ad eden
dum fuisset oblatus exenterato pīce anulū et
in ventre repertus est: cum ramē per duas die-
tas a loco ubi anulum defecratur: piscis captus
esset. Intelligens autem sanctus peccata sua

Septimus

sibi dimissa: nihil somnis penitentie operibus
artius insudauit: pauperib; large ministravit:
et multis miraculis claruit. Nam in diebus ro-
gationū ad processionē rendens: demoniacū li-
berauit: leprosum quendā barbarū in domo sus-
ceptum ad xp̄m cōvertit: que baptizans spiri-
tu pariter et carne inuidavit. Cū invitatē suā incen-
dio pene totam flagrantem: dum omnes aufer-
gerent: ipse se igni obiectis signo crucis edito
flammas compescuit: tulerūs procedere non
permisit. Quo die per visum quidā longe con-
stitutus crucem igneam in aere cōspexit: audi-
ta voce q; talis signo metet. ciuitas p̄ arnulphū
ab incendio fuerat liberata. Lande vir domini
famam populi fugiens heremū repertus: et cum
aliquibus monachis deo seruit: successor si-
bi georgio ordinatus: ubi et post tēpū modicum
in pace quietuit. xvij. kalen. septembribus. successor
autem eius obitu ipius cognito cum clero et po-
pulo locum adiit: et sanctū corpus ad suam ci-
uitatem transferens in ecclesia apostolorū con-
didit: ubi et quiescit signis effulgens.

De sancta Serena regina. Cap. lxix.



Serena reginavrox;
quondam diocletiani angusti a
sancto cyriaco martyre conver-
sa et baptizata est: quia filia ei⁹
arremia a demonio liberauit: ut
supra dictum est in passione cy-
riaci. vi. idus augusti. Que vidēs persecutionē
diram christianoū: quam vir eius exercebat: q;
per annos decem durauerat: ita ut infra dies
triginta per diversas p̄uincias. xvij. milia mar-
tyrio coronarenf: et in phrygia ciuitas una chri-
stianorū vnde conclusa ne vlnis evadere pos-
set: igne cum omnibus cremata fuisse: videntes
quoq; susannam neptem eius passam: et alia ma-
la que fiebant: dolore cruciata et febre correpta
in confessione domini migravit ad christū. xvij.
kalen. septembribus: sepulta a christianis iusta cor-
pus susanne in crypta.

De sancta Artemia virginē et mar-
tyre. Cap. lxx.



Artemia virgo ro-
me passa est sub maximiano fi-
lio diocletiani fratre suo: filia
nāq; diocletiani fuit et serene
auguste. Que cum esset ab im-
mido spiritu obsessa a sancto
cyriaco martyre liberata et baptizata est: ut sus-
anna in passione dicti martyris actū est. vi. idus
augusti. Post mortem autem diocletiani cū ma-
ximianus filius eius in imperium sublimatus
esser: christianosq; persequeretur: cyriacū qui-
dem cum eius sociis diversis supplicijs marty-
rizarunt. Artemiam vero sororem suam gladio in
christi confessione necari fecit: que iuxta matrē

De sanctis in mēse augusti occurrentibus Fo.cccv.

et consobrinā sepulta est; cuiusq; dies passio
nis ignozatur; passio eius recte matri subiicit.

De sanctis Liberato abbatē et so-
cīs martyribus. Cap. lxxi.



Iberatus

abbas bonifaci⁹
diaconus; seruus;
et rustic⁹ sub
diaconi; rogar⁹;

seprimus; et seuer⁹ monach⁹;
et maximus puer apud aphri-
cam persecutione vandalica
sub hunerco rege passi sunt; q
ex territorio ciuitatis capro-
sen monasterio abstracti; et carthaginēz ducti;
primo sunt custode macipati et ferro vinciti; de
inde nauim impositi fuerunt; manib⁹ ac pedi-
bus ligatis; ipsaq; nauicula fictis lignis imple-
ta; igne immisso ut cremarentur. Sed diuin⁹
nutu ignis extinctus sepiusq; renouatus sem-
per deficiebat. Demū remorū rectibus macra-
ti cerebris excussis extinti sunt. Corpora h̄o
in mare factata; sed diuinā dispensatione littore
rī eucta in monasterio contiguo loco basili-
ce quod dicitur celerine: a christianis sepulta
sunt; ut vitor scribit aphricanus. Qui passi
sunt. xvi. kalen. septembris.

De sancto Hammete martyre. Cap. lxxii.

Hammes puer. viij.
annorum apud cesarē cappado-
cie tpe aurelian⁹ imperatoris
er presidis antiochi passus est.
Qui defunctis parentibus per-
secutionē fugiens in siluā secessit; ubi orationi
iugiter vacabat; et de lacre sua et ouium se pasce-
bat. Sed admont⁹ de celo in campū descedit;
ibiq; codicem euangeliorū et baculū repperit;
quibus assumptis in monte ascendit. Et dū le-
ctioni insisteret; ferarū multitudine ad eū conve-
nit; quibus mansuetacis de lacre ipsarū sc̄tū
emigebat; de quibus ad refactionē sui vrebaf.
Residuū h̄o cum ad portā ciuitatis cesaree ad
vendendū deferret; ut preciū pauperibus ero-
garet. Alexander preses hoc audiens; misit ad
eū duo milites capiendū. Quos ille in domū
suam adducens benignè refecit. Dumq; illi ani-
maliā ferocia ad eum venientia conspiciens
territ⁹ fuerūt. Sanctus h̄o mammes eos secu-
tus est; corā preside presentās; et afferant xp̄ia-
num. Quē preses derentū iussit in equileo sus-
pendi et torqueri; deinde in carcere recludi;
ubi plusq; xi. xp̄ianos repperit fame deficien-
tes; verū orante puero columba de celo aduo-
lans lac et mel attulit; quibus illos sancrus re-
fecit; et aperto carcere ostio rectibus confras-
cis oēs emisit. Quod audiens preses mamme-
rem in caminū ignis mitti fecit. Ignē h̄o bis-

extincto bisq; renouato; dum si ammis deficie-
tibus illesus exisset; bestiis subiicit; sed ab his
intratus minime leditur. Amphitheatro quoq;
ab angelis inclusō; ut nemo exire posset; leo fo-
uam egressus; multos iudeoz ac gentilium in-
teremit; qui et humana voce locutus est. Hec a
deo se iussum facere in ultione xp̄i militis mā-
metis. deniq; iubente sancto leo solū presidem
cū omnī officio suo illesum dimisit. Landē san-
ctus martyr cum lapidib⁹ obrutus maneret
illesus; ab angelis de celo vocatus emisit spiri-
tum. xvi. kalen. septembris.

De sancta Helena regina. Cap. lxxiii.



Elena regi

na mater fuit impe-
ratoris constantini
magni. Que sicut

in hystoria britonū legiſ; quaz
iohannes veroneſ;. in sua chro-
nica ponit; filia fuit cloelis re-
gio britannie. Cum enim iam
britones christi fidem suscep-
pissent; tpe videlicet eleuthē-
ri pape. Helena a patre suo in fide edocra; non
tamen baptizata; eo q; de his que audierat du-
bitaret; ut tamē ea vera esse et parte aliqua co-
probaret; audiens miracula que rome fiebant
per merita apostolorū petri et pauli dū a patre
peregrinādi romā licentia obtinere nō posset;
desiderio peregrinationis accensa cū vnica an-
cilla fidelissima claz inde discessit; et intato ha-
bitu roman⁹ venit. Quā cōstantius imperator
videns eius nimis pulchritudine allectus ama-
uit; et ut peregrina rapta ad se introduxit; eaq;
carnaliter cognovit; ac pluribus diebus secum
habuit. Sed volentem omnino abire peregrin-
ante dimisit; que ne patrem ei nec patriā in-
dicare voluit. Et cū multis sibi thesauris of-
ferret nihil acceptavit; sed solū anūlū eius sus-
cepit. Inde legiſ; discedens habitu induta vi-
lissimo in villam secessit; ubi cū ancilla sua mo-
rabatur; et de labore manuum suarum victum
consequebat. Eratq; in domo quadā que olim
fuerat stabulum equorū; unde et stabularia di-
cra est. Cū statim ergo puerū ex patris nomine
constantinū vocauit. Qui cum sapientia erate
virtutib⁹ creuifser; viciniis mercato; ib⁹ mu-
neribus allectus abductus est. Et dum bizan-
tium que postmodū fuit cōstantinopolis dicta
navigassent; simulatas litteras ex parte ipera-
toris regi bizantinū offerunt; filiā eius filio impe-
ratoris quē secū ad duixerat perūt; ex hoc impe-
ratorē pacem secum habiturū perpetuo pro-
mitentes; cum dudum ad inuicem discordiam
habuissent. Quod rex bizantinū facere omnino
curauit; filiamq; suam in coniugem suuistras-
didit; thesauroſq; maximis et seruos et ancil-
las eidē dedit. Mater h̄o filiam suaz dilectide

A iii

Liber Septimus

